Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół (fond 5 opis 2).

Autografy Biblioteki Zakładu Narodowego im. Ossolińskich

126. Bocskaj Stefan, książe siedmiogrodzki. List do NN 1605.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

L. 126.

Stefan Boczkaj
xiąże Siedmiogrodzki

podpis własnoręczny

Aut. 10. 126.

B/11

INSTYTUT OSSOLINSKIEGO

Stephanus Bocskaj de Kys Maria,
diuina miseratione Transiluaniae
Princeps, Partium Regni Hun-
gariae dnus, et Siculor. Comes etc.

Reuerendiss.i ac Magci. Dni, amici nobis hono-
randi. Salutem et officij nostri commen-
dationem.

Literas R.. D. Vrae, quas Epperiessino ad
nos dedistis 21 praesentis Mensis, hodie 24
accepimus. Ex quibus intelleximus, qualiter
erga suam nationem, et familiam sint affectae,
unde maxime gratulamur. Testamur ta-
men Deo, quod non temere neque ex malo aliquo
Zelo, ad istam Vicissitudinem rapti sumus. Sed
quidcunque accidit fortassis sic magis Deo
placuit ut tandem misera et rupta Patria
pro Auita libertate sua extrema quaeque tentaret.
In praesentiam nostram quod D. Vrae auerent Ve-
nire, Saluumque Conductum quo Eisdem pro majo-
ri securitate ut mitteremus petunt. Nos cunctis
temporibus D. Vras grato animo uidere cupimus
Verum pm eadem nobis parcant, cum Aula
nostra, non ex una solummodo natione sed ex
quamplurribus congesta sit. Nobis et Patriae
nostrae suspitionem sufferre nolentes, priusquam

11.

126

Saluum Conductum D. Vestris transmitteremus,
ambimus ab Eisdem referre, utrum à Sua Caes.
Mte Dño nostro Clementissimo, vel à Magna-
tibus Regni istius, quibus nos magna cum
animi aviditate semper conamur, ultrò officia
nostra offerre, Vel proprio bono affectu moti
cupiant nos convenire. Si enim D. Vestrae
a Dnis Magnatibus vel proprio motu nos
convenire studerent, quippe cum nos etiam pro-
be statum Suae Mtis aulae sciamus, D. Vrae
nobis parcant, non esse operepretium ut se eo
huc fatigent. Si a Sua Mte D. Vestrae ve-
nerunt etiam, praesertim si tali Legatione so-
lummodo volunt D. Vestrae venire, quo nuper-
rime Dnus Ragotzi, et D. Zacky, ad nos expe-
diti fuerant, neque sic easdem huc operepretium
est se recipere. Nam quam viam jam praesum-
simus pro nobis in ignominiam nostram, et
nationis Hungaricae incommodum, minime ab
illa recedere possemus. Si autem à Sua
Mte Dño nostro Clementissimo, alterius generis
Legationem habent, nobis intimare ne graventur,
et Saluum conductum pro certo D. Vrs trans-
mittemus. Quamvis D. Vrae per bella nos nosent
qui simus, D. V. deinceps cum summa ani-
mi alacritate ad nos praestolabimur. Et his eas-
dem bene feliciterque valere exoptantes. Datae
ex Arce Zerenc 24 Martij. Ao 1605.

D. V. benevolus amicus

Steph. Bocskay

Michael Katay
Cancell.

Lrē a Rochai de hataj

126

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.